

1183 et femoralibus non est indutus, sed neque usum habuit
aut molliorum aut lautiorum escarum pre minimo ^{cf. Matth. 23, 40}
quolibet fratrum suorum. Ad hec ieiunabat bis aut ter
in sabbato¹ in pane et aqua, necnon^{et} in vigiliis sancto-
rum sollempniis, quod sciens in via se non posse im-
plere sum³ fatigatione corporis, tum etiam importunitate
presentium, cum sciret imminere iter, preveniebat et
cumulatis ieiuniis corpus miserum attenuabat. Positus
in itinere non dormivit super culcitra, non est usus
lindeamine, non equitavit in scapulari vel cuculla
ob relevandum aliquando nimium calorem, sed semper
in cappa; non solvit unquam ordinis ieiunium ali-
qua necessitate vel alicuius instantia, nisi forte
precipiente aliquo prelato, et tunc prandebat non
in vicio quicq, sed in meritum obedientie. Reversus
de via domum si hospitem secum haberet autenti-
cum,² comedebat in caminata, sed non dormivit, re-
cubans in ecclesia nobili illo suo statu videlicet
super pellem iussinam et mattam, super quibus
non iacens, sed sedens aut stans vel certe procum-
bens in oratione sumpnum capiebat quantum na-
ture satis erat. Mansi apud eum puer³ septem
fere annis ante obitum eius, quibus non vidi eum

1) Sabbatum fere fuit die ganzu Boogu

2) Booungun; ~~sq~~ f. Die Lange I, 493

3) Hyl. oben v.

deor. P

fol. 91' p. 45